

Altera pars legationis ad Magistrum  
Livoniae & ad omnes Senatus in conventu  
Livoniensi congregatos.

88

Existimare Sacram Maiestatem Regiam omnibus  
notionibus praesertim vero Statibus Livoniae  
perspectum esse, quanto studio, quantisque sum-  
ptibus & labore Christianae Religionis incolu-  
mitatem prosequatur, adeo ut pro arcendis fidei  
Christianae infestatoribus ac proae Ecclesiae con-  
servanda, nunquam gladium suum condat, sed  
pro illa semper sollicitissime invigilet, et pro-  
inde cum intellexisset eam laborem Luthera-  
ne hereseos, quae Magnam partem Germaniam  
fœdavit, ac sanguine et cadibus replevit in  
Livoniae etiam regiones penetrasse, et vires  
altius indies agere doluisse Mlti suam,  
Vicinorum ac veteris amicorum conditionem,  
nec minus etiam incidisse Mlti sua cogita-  
tionem ferendae opis, et remediū quarenti contra  
surgentem tantorum malorum pernitiens  
idque non solum ob consuetudinem conservanda  
Christianae Religionis studium, sed etiam  
quoniam haec pestis facile videtur ad Mlti sua  
subditos finitimos dimanare posse.

Quod quia Mittam suam omnium oculis  
fere indignum esset, ne alicujus mali occasio  
inde oriatu, hortavi Mittam suam & pro debita  
Christiani Principis, ipsos tanquam clavos  
vicinos admonere, ut vesaniam hanc sedi-  
tionibus ceptam tumultibus pro pagatam  
nihil nisi dissidia & cedes horrendas parientem  
ex eorum Civitatibus & dominiis extirpant,  
Sedque Catholicae Sanctae Ecclesiae & institutis  
Sanctorum Patrum conformem, ac pro restau-  
randa Ecclesiastica disciplina & unitate servanda  
quisque suo officio quod & incumbit utatur, ne  
Mittas sua si inde periculum aliquod terris, & sub-  
ditis suis accidat, alia remedia adire cogatur.  
Et quia Sacra Mittas sua accepit h'ndinum dnum  
Joannem Archiepiscopum Rigensem, & Episcopum  
Tharbatensem occasione istorum motuum, mole-  
stationes nonnullas tanto vivo indignas pati,  
existimare eius Mittam officii sui esse, ut quoniam  
Rigens & Tharbatensis Ecclesiae iam dudum pro-  
tectione Regum Poloniae ac Lithuaniae ducum  
utuntur, cause atque differentiae ipsius domi-  
ni Archiepiscopi nondeesse, ne quid in eius pro-  
iudicium aut injuriam ageretur. Ideoque hos  
Nuntios suos ad hunc conventum eius

Maiestatem iniisse, qui actionibus his contra  
Reverendissimam Paternitatem suam instituen-  
dis interesse, referentque Mtti sua, quid de ipsa  
causa & Reverendissime dominationis sue statu  
decretus.

Hortari autem Mttlem suam Magnificum dominum  
Magistrum ut pro solita sua virtute & debito Reli-  
gionis, & in reprimendis publice tranquillitatis  
turbatoribus, Avenitate, qua Mtti sua & Regno  
precipue factus est notus, eidem domino Archi-  
episcopo defensionis, & alia atque obligatus debita  
praestet, provideatque apud Status terrarum, ne quid  
in paternitatis sua iniuriam committatur, & ut ille  
in suis & Ecclesiarum suarum iuribus conservetur,  
eiusque subditos tam nobiles quam Civitates  
quibus modis poterit inducat, atque compellet, ut  
& tanquam domino suo, fidelitatis legitima pra-  
estet obsequia, ceteri etiam eius iurisdictioni sub-  
jecti honore & obedientia debita cum prosequan-  
tur, quos singulos etiam Mttlem suam, ac quod  
in his rebus cessent, pro regia benignitate horta-  
vi. Non enim posse Mttlem suam illius paterni-  
tatem, si qua in ve gravata fuerit devere, aut  
non tueri. Quoniam vero nobilitas illarum  
terrarum honestam semper apud Mttlem suam  
& per eius regnum Avenitatis & fidei laudem,  
a maioribus eorum ductam, ac ab eis acriter de-  
fensam connumerant, Admonendam esse

hunc ordinem Mitem suam putasse, praesertim feudales  
eiusdem Reverendissimi Dni Archiepiscopi, ut tunc  
in servando illi fidelitatis iure, tum in compescendo  
eius & Ecclesiasticae pacis Perturbationibus decer-  
rum hoc ipsorum conditioni dignum normen  
non amittant.

Commisisse etiam Mitem suam Nuntiis, ut si res  
exegerit operam dent quo differentie, & dissidia  
omnia inter ipsum Reverendissimum dominum  
Archiepiscopum & eius adversarios quos cun-  
que honestis medijs componantur, & finem acci-  
pant, ac omnia tam in ea causa quod aliis  
publicis illarum terrarum negotiis pro bona  
tranquillitate & pacem in bonum ordinem  
restituantur.

Deinde fiat honesta exhibitio Magnifico domi-  
no Magistro & omnibus statibus gratia & bene-  
volentia Regis uti conditioni cuiusque conve-  
nita.

Seditiosorum antesignani decollati.